

culo $A D B$ vel gradibus 180 : erit arcus $A G$ Excessus supra Semicirculum dictus : gradus autem 23 . erunt Excessus supra duos Angulos Rectos. Ita etiam, si arcus $G D$ Semicirculo minor sit, vel Angulus $G C D$ graduum 113 , erit arcus $D F$ complementum illius dati arcus ad Semicirculum : Angulus autem $D C F$ graduum 77 . complementum anguli dati ad duos Rectos.

CAPUT VI.

De

SPECIEBUS TRIANGULORUM

varijs.

Sic fuerunt recensiones partium Trianguli, & quaedam earundem Symptomata : sequatur species ejusdem.

Triangulorum species variant & laterum & Angulorum respectu.

Respectu laterum Triangulum omne est vel Equilaterum vel Inæquilaterum.

Triangulum Equilaterum habet vel omnia latera æqualia vel duo tantum.

Illud in specie dicitur vulgò Triangulum Equilaterum, Græcis *ἰσόπλευρον*.

Tale est Triangulum $A B C$ cujus omnia latera $A B$, $B C$ & $A C$ sunt æqualia.



Triangulum quod duo tantum latera æqualia habet, vulgò dicitur Equicurum, Græcis *ἰσοσκελές*.

Hujus